

Caput primum. Versiculus I.

nunquam quietet aut satiabitur, sed magis ac magis versus infinitum procedet, ad quod ex natura sua inclinatur, adeo ut appetitus ille vanus futurus sit nisi obiectum aliquod detut, quod sit infinita perfectionis.

8. **Esse debet vnicum**
Obiectum amabilis proprietas est, ut obiectum sit vnicum, unde cum aliquem summo amore prosequimur, illum vnicè diligere meritum dicimus. Et quidem naturæ, atque rationi maximè congruum est, ut cum homo vnicam habeat voluntatem, vnicum eam per amorem subiiciat, eique solum imperium omne in suam voluntatem tribuat, alioquin amanti contingit idem, si plures amari, quod ei, qui plures habet dominos variis affectibus, & desideriis, variisque potentia affectos, quorum unus statim hoc, alius illud, unus ut domini remaneant, ut pergas ad forum alius iubet: quod cum simul prestat nequeas, vide quot anxietibus torquearis. Cum autem id tibi molestum sit, & tamen vero, & primario nostra voluntatis amori nihil in obiecto amabili ingratum apparere debeat, vt antea diximus, hinc sit, ut vni solùm voluntatem tuam per amorem subiiceret debeat, ei videlicet, in quo reperitur omne bonum, quod appetere potes, & a quo malum omne abeat, qualis solus est Deus noster. Utinam homines serio considerarent, cuius dominio suam voluntatem subiecturi sint, antequam se alicui obiecto laqueis amoris obligarent, atque prospicerent, quenam inde bona, vel mala sunt emersura, nunquam sane diuitias, honoribus, aut sibiipsis ita se turpiter manciparent, viderentque id esse contra naturæ leges, & rectum dictamen, quibus ad vnicum tantum impellimus obiectum amore præcipuo diligendum, a quo nullam inconstitiam, nullum incommodum, sed omnigenus lætitia, & omnem uititatem accipiamus. Ea propter quicunque in alio obiecto suum amorem collocat, totam naturam aduersam habet, omnime que ratione contemnit: hinc sapientis unus ex nostris sapienter prædictis omnem creaturam in ultione die armata iri aduersus insensatos. *Pugnabit cū illo orbis terrarū contra infensatores, Sapientia s. quod caput utinam Athei perlegerent, nec enim frons illorum ænea malleis diuiniis, & armis resisteret, quibus numen æternum pollicetur se impios omnes detulissent.*

9. **Debet esse spirituale.**

Quid non
stum verē
dici possit.

10. **Debet redamare posse.**

Nona proprietas est, ut obiectum amabile sit ens spirituale, & incorporeum, quale est amandi potentia, seu voluntas nostra: ut inter amantem similitudo intercedat: debet autem esse spirituale, quia nihil in corporibus anima maius, ito neque aequalis est; addo quod intra se suum obiectum capere, atque possidere debeat (in quam tamen nullum corpus ingredi valet) ut nemo suum obiectum, fuisse bonum, suum finem ei auferat, sed ilud inuitus omnibus possideat, & secum ferat, quicumque itura est; quod sane necessarium est, ut aliquid propriæ nostræ esse dicatur, ut nolentibus austri nequeat: huiusmodi vero nihil inter corpora reperies, cùmetiam gladiis, & hostis, & mille morborum, & casuum genera proprium corpus nobis auferant, & in cineres redactum vento committant. Constat etiam obiectum nostrum ens spirituale esse debere, quia iam infinitum esse probauimus, nullum autem corpus infinitum esse potest, quia lineis, & superficiebus ambiri, & circumscribi debet, ubi infinitum incircumscribibile est.

Decima proprietas est, ut obiectum illud amare possit, seu redamare, atque adeo sit liberum: alio-

qui nostra voluntas nunquam erit contenta, nisi se redamari scierit, quapropter Deus id se facere testatur, ego diligentes me diliggo, ne amor ipse sit tormentum amanti, potius quam solatium: vnde etiam nonnulli usque ad tabernacula insaniisse referuntur, quod se redamari minime cernerent. O misericordios mortales, qui pecunias, vel alias rebus corporis, aut caducis voluptatibus vestrum amorem tribuitis, cum vos redamare nequeant, o vanas voluntates, & amores inutiles; non vos ipsos diligitis, nec ab illis amamini, nec vestrum, aut alienum amorem habitis, quem perdidistis, statim atque prædictas creaturem amastis. Saltem aliquando sapite, & è perditione pedem, quandiu licet, referte.

Vndeclima proprietas est, ut obiectum quidem redamare possit, sed ea ratione, ut eius amor sit nostro præstantior, & virilior; quid enim aliqui prodesset amanti, si redamans aqualem tantum amorem rependeret, sic enim lucrum cessaret, cum tamen homo cauere debeat in iis, quæ agit, tam lucrum cessans, quam damnum emergens: hinc sit, ut cum nemo possit amanti meliorem amorem repudere, quam sit is, quo diligit, solus Deus verum eius obiectum constitui possit, atque debeat. Nam cuibono si hominem amare precioso dilexeris, qui nihil habet, quod tibi rependet, qui quidem tibi bonum omne desiderare potest, conferre non potest: cuius amor sterilis est, nec enim tibi vitam, mentem, sensum, aut aliquid aliud melius, ac præstantius, quam habeas, conferre potest. Vide igitur an aliquem hominem prius amare debeas, quod si feceris, licet te redamet, & miser eris, frustra confidens in eo, & ille miser erit frustra desiderans; tamen si enim bonum omne tibi velit, minime conferre potest. Ideoque unus est nostris apostolis vocavit hominem maledictum, qui confidit in homine, & qui carnem ponit brachium suum, & à Domino recedit cor eius; qualis est qui primo hominem amat, & omnem spem in eo reponit, ac si suum summum bonum ab eo consequi se posse crederet; tunc enim hominem sibi pro Deo constituit. Ad eum igitur mentem erige, eique tunc spes omnes, & amorem tuum committe, qui amorem omnipotenter, & in omni genere infinitum habet, quo te redamet, omniamque largiatur, quæcumque sperare, postulare, vel eniam concipere, imo plura, quam intelligere valeas, hinc.

11. **Amor amati, amoris summo præstantior esse debet.**
Duodecima proprietas nascitur, ut nullius iniuria, aut ut in maiori subiaceat, & tam à se, quam ab aliis, amatore periculum omne propulsare queat, adeoque sit omnipotens; hinc sit, ut amans nullo timore angatur, ne forte quid amato noceat. Quam felices illi, qui ad eiusmodi obiectum ita collinant, ut illuc perueniunt sint; illuc tamen attinent, quicumque voluerint: o terquaterque beatos, qui amato fruuntur, qui omnia valeat, & id omnia habeat, quod amans in obiecto amabili defideret posset.

12. **Sapiens etiam scientia existat.**
Decimatertia obiecti conditio est, ut sit sapiens etiam scientia, atque sapientia existat. Et quidem amans postular, ut is quem summum diligat, nihil ignoret, sed omnium corda penetret, ne vel dum aliquid ignorat, à quibusdam seducatur, aut sit lu-

Quare ho
mo non fit
summè di
ligendus.